



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quòd religiosus de rebus sanctis cum aliis loquatur. Cap. xxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Malach.
4.

quod eam non tantum tolerabilem, sed & gratam aeiocundam efficiet. Describit istud præmium Malachias dicens: Et egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint ciniis sub planta pedum vestrorum in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum.] In die quidem illa, qua Dominus, quod nobis promisit, faciet, quæ dies est æternitatis egrediemur ergastula celarium, imò & angusta spatio rerum terrenarum, & saliemus sine ullo timore, & cum incomparabili exultatione, & ecclie latitudinem penetrabimus. Cœculabimus demones, quos nostram professionem custoidentes vicimus, & vniuersa quæ nobis offerabant, melioribus bonis cumulati, quasi cinerem vilissimum despiciemus. Tunc dabitur nobis merces absconfionis, & silentij ubique liberior discurrendi per mansiones cœlestes, & loquendi cum sanctis, vera & perfecta libertas, quam in æternum possidebimus.

Quod religiosus de rebus sanctis cum aliis loquatur.

C A P V T X X V I I I .

Se nobis loquendū est, & non semel aut bis, sed sacerdoti loquendum est, nec possumus, quādū in hac mortalitate degimus, hominū penitus cōsortia vitare. Imò nec expedit nobis, neq; aliis, ut omnino proximorū consortia vitemus. Nō expedit proximus, quoniam eos loquendo, docemus, & ad omnem virtutē capessendā monemus: nec expedit nobis, ne emolumēto prædicata doctrinæ Euangelicæ, & misericordiæ, ac dilectionis fructibus careamus. Quid igitur faciendū est, ne hominū consortia nos distrahanter, sed viam potius nobis ad perfectionē aperiā? Id quidē quod pharmacopola corporū ad salutem recuperandam facere solent. Hī enim viperā (veneno semoto) vtuntur ad theriacam compōnendam, quæ calore, ac occulta huius serpentis virtute compacta statim in cor hominū tendit, ipsumq; à veneno cōtagione cultodit. Habet homo in seipso nec timet, viperam tēterimam, quæ ad eius semper necem aspirat. Hæc est lingua, de qua inquit Iacobus Apostolus, inquietum malum, plena veneno mortiferō: cui si veneno plena est, optimè conuenit, ut viperā nuncupetur. Venenū autem huius viperā quo nos saepē nescientes perimit, verbū detractionis, & maledictiæ, & irriſiōnis est, omnēque verbam inutile, quod si solum animam non perimit, at eo ipso quod leue peccatum est, ad spiritualem mortem disponit. Tollamus hoc venenum à viperā, & vim prædicandi bonum, & persuadendi virtutem, & loquendi de rebus sanctis teneamus, & sic non iam veneno (quod sublatum est) sed virtute, & calore viperā non solum aliis, sed & nobis meti ipsi proficiemus. Noster itaq; sermo, siue cum externis, siue cum domesticis semper de rebus bonis fit, non aliud quām sanctorum exempla, & virtutis incitationē redoleat, non aliud quām ad ædificationem prouocantia contineat. Itē ut index animi, & sanè non fictus, bonos malosque discernat; & sicut isti conueniunt, ut vana, & lasciva loquantur, & se verbis ad malum accendant: ita & illi congregentur, ut quæcumque sunt bona, quæcumq; sunt sancta profertant, & sermonē se ad virtutem, & sanctitatem horrentur. Illos comparat Iob squamis Diaboli, de quo ait: corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus: vna vni coniungitur, & ne spiraculū quidē incedit per eas,] qui in hoc amicitias,

A & familiaritates inēt, ut quasi arma peccati, ipsum verbis tueantur, & operibus prauis defendant. Nec ego in squamis Behemoth hūc abditum sensum inueni, sed Bernardus, qui proposita dicta sententia subiūgit: Talis unitas, imò verò peruersitas solet esse in aliquibus fratrum tepide, ac remissè cōuerſantū, quibus si quid honestatis, aut insigne cuiusquam bona consuetudinis persuadere velis, promptiores sunt maiori dispendio, ac difficultate graviori resistere. Quam faciliter compendio aſequi velle, quod re. & cum esse considererit.] Bonos verò libenter confero cum aureis tintinnabulis vestis sacerdotalis, quorū sonus Dominum placat, & sacerdotis orationem acceptat. Si enī illa vestis, Ecclesia sancte est imago, quid aptius quām viros iustos mala punica, & tintinnabula designabūt, quorū illa cōcordiam morum, & sanctitatem operum, illa verò utilitatem verborum, quibus abundat sancti, significat. M̄li quia de hoc mūndo sunt, idēo de hoc mūndo loquuntur: boni verò, quia ut ait Dominus, de mūndo nō sunt, sed ipse eligit eos de mundo, idēo nō de rebus mundanis, sed de rebus cœlestibus, & de mysteriis diuinis verbis profundūt.

Bern. for.
3. de af-
fumpt.

Exod. 28.

1. Ioan. 4.

B] Bonos verò libenter confero cum aureis tintinnabulis vestis sacerdotalis, quorū sonus Dominum placat, & sacerdotis orationem acceptat. Si enī illa vestis, Ecclesia sancte est imago, quid aptius quām viros iustos mala punica, & tintinnabula designabūt, quorū illa cōcordiam morum, & sanctitatem operum, illa verò utilitatem verborum, quibus abundat sancti, significat. M̄li quia de hoc mūndo sunt, idēo de hoc mūndo loquuntur: boni verò, quia ut ait Dominus, de mūndo nō sunt, sed ipse eligit eos de mundo, idēo nō de rebus mundanis, sed de rebus cœlestibus, & de mysteriis diuinis verbis profundūt.

C Iustitia, ac sanctitatis amatores id enīcē curat, ut Christum omnis sanctitatis magistrum in actionibus, & in verbis imitentur. Illius autem verba (vt nunc opera relinquamus) semper fuerunt tum auditoribus utilia, tum summa illi maiestati conuenientia. Semper os illud purissimum, in quo cœlestis gratia diffusa est, verba sanctitatis infonunt. Quem vt sequuntur, qui mentis puritatem aſequi volūt, verbi sacerularibus, & otiosis abstinerent, & ea solum proferunt, quæ viros iustos deceant, & proximum audientiū utilitati congruant. Nam si ex abundantia cordis os loquitur,] cor iustitiae, & cœlestium desideriorum plenum, quid ori loquendum ministrabit, nisi quod auditoribus proſit, & à sua dignitate non discrepet. Idque innuit Gregorius dicens: Boni etenim cum loquuntur, duo sunt, quæ in suis loquutionibus attendunt, ut videlicet, aut sibi, & auditoribus suis: aut sibimet solis proſint, si auditoribus prodeſſe non poſſunt. Cū enim bene audiuntur bona, quæ dicunt, sibi simul, & auditoribus proſunt. Cū verò ab auditoribus deridentur, sibi proculdubio profuerunt, quos à culpa silentij liberos fecerunt.] Et quidem Dominus hoc ita esse testatus est: Nam mittens discipulos suos, ut populus euangelium annunciant, præcepit illis, ut introcentes aliquam domum, dicerent: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, inquit, requiescat super illum pax vestra, si autem, ad vos reverteretur.] Quod autem de verbo prædicationis euangelij dicitur, de quo cumque ædificationis verbo intelligendum est, ut si audiens amator virtutis fuerit, auditio ædificationis verbo proficiat, si verò cum indignatione, aut cum tædio sanctos sermones excepterit, saltem ille, qui loquitur nullo modo emolumento loquendi fruſtretur. Sed quomodo sermones de rebus sanctis magna utilitate carebunt, quos Christus Saluator noster approbat, quos sua præfencia nobilitat, quos ipsum excitare, & fouere delectat? Vbi fuerint duo vel tres, ait, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.] Certè illi inter alios congregantur in nomine Saluatoris, qui ut se mutuò ad virtutem excitent, loquuntur verba salutis: quorum medium ipse Saluator occupat quia corda illorum emollit, & dum verba sancta audiunt, ad virtutem accendit, quamobrem discipulis cœribus in Emauntem, de sua passione loquentibus, se præsentem exhibuit, eorum hæſitationes audiuit, tenebra, ignoracionis disputit, tristitiam & angorem disfecit

Luc. 6.

Greg. 15.

mor. c. 21.

Luc. 10.

Matt. 18.

Luc. 14.

Iacob. 3.

Iob. 41.

Luce. 24. dissecit, corda gelida inflammat, & noctem cæcitatim in eorum mentibus dominantem in lucem meridianam conuertit. Denique aiunt: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? Ecce geminum aduentus Domini fructum, quem ad nos verba sancta traxerunt, Scripturarum apertione intellectum illustravit, & efficacia, ac gratia loquendi volūtatem accedit. Utique libenter appropiat de se loquētibus, inquit Bernardas, sic solet. Sic cunctibus in Emmau, & conferentibus inter se, iucundum s̄ facundumque exhibuit comitem. Nempe hoc est, quod in Euangelio pollicetur: Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ego sum in medio eoru.] Et per Prophetam, Antequam ait, clament, ego exaudiam, adhuc loquentibus illis dicam, Ecce adsum.] Appropiat itaque Dominus sancta loquentibus, ut verus sol, qui tenebras primum ignorantie sua luce fugat, & frigus deinde tepiditatis, & foscoria suo calore dissipat, quem ad nos invitamus, cum sancta loquimur, cum ea, quā nos ad virtutem allificant, audiimus. Cum profectus gratia de Deo, ac de rebus diuinis disputamus. Nec in his duobus solum, quā diximus, Christus sancta loquentibus se solem ostendit, sed in hoc etiam, quod ad illos sancta ore tractantes, non lentis passibus, sed celerrime approximat. Ecce enim ipse venit saliens in montibus, transiliens colles.] Montes collēsque transiliit, qui corda superba, & verba salutaria delicia contemnit, venit autem ad animam humilem, quā semper viam salutis iscere, semper aliquid, quod ipsam inflammet, deponso audire cupit. Venit inquam, ad illam, & venit, ut sol, cuius aduentus velox, cuius cursus celer est. Quod & Bernardus indicat in hunc modum scribens: sed nec nullus omnino sermo, qui adficet ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos, negligenter est audiendus, quoniam & illiciter, quo ostenditur salutare Dei. Quod si sermo gratus venit, & placidus, quatenus pulso fastidio cum desiderio audiatur, iam non modo venire sponsus, sed & accelerare, id est, cum desiderio venire, credendum est.] Si autem veniunt omnia bona pariter cum illo, ut est in libro Sapientiae, quis nō videat sancta colloquia, quā Christum ad animam trahunt, multa bona spiritualia secum inueheret?

Bern. ser. 57. in cant. Quin & assiduitas loquendi de rebus sanctis ad omnem virtutem capessendā potēter instigat. Dum enim nunc humilitatem extollimus, deinde charitatem fraternalē effeſimus, postea vērō zelum animarum, aut quamvis aliam virtutem laudamus, & sanctorum exempla in confirmationem dictorū adducimus, nescio quo pacto mens nostra virtute nuda, suam nuditatem erubescit, & opere praestare, quod aut audiuit, aut loquuta est, magno feruore contendit. Corruſpunt sanè bonos mores colloquia prava,] sed de virtute, ac perfectione audit, aut dicti sermones, corruptos mores in bonum mutant, & insuaves ac integros mores cōuertūt. Vnde sicut astus Diaboli est, lasciuia, & impura colloquia apud aliquos excitare, aut ineptos libellos legēdos ingerere, ut ad omne genus vitiorum moueat, ita cōciliū Domini & bonorum angelorum est, pura, & sancta colloquia in medium proferre, & libellos spirituales edere, ut è silice cordi nostrorum desideria virtutis & puritatis excutias. Multos vidimus, qui religiosè viuebant, prauorum colloquiorum contagione pollutos, & multos etiam qui tepide & remissè in via Dei se geregabant, audito vniuersi spirituallis colloquio, ab illa remissa viuendi ratione liberatos Laudem viros gloriosos, ait Ecclesiasticus, & parentes

A nostros in generatione sua.] Et rursus: Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eoru nuntiet Ecclesia.] Quare viri sancti, & gloria digni laudādi sūt, nisi vt eoru laudata virtus, nos ad istorum virorum sequelam prouocet, & inglorios ad gloriam effera, & similes illis, scilicet magnos & glorioſos efficiat. Et quare sapientia eorum, & omnis ipsorum virtus ab Ecclesia proponitur, nisi vt mens infirmorū auditā maiorum virtute, ad imitandum accendatur. Hęc profecto est præcipua utilitas, quam ex sanctis colloquiis accipimus: quod velut prosperi venti naūculam cordis nostri non ad aliud quam ad portum perfectionis, & virtutis impellunt. Quod sanctus Bonaventura cognoscens ait: Deo libenter loquere, & libentiū audi, quia incitat cor ad studiū virtutis, & affectū devotionis.] Libentiū audendum est. Quoniam qui audit, humilitatem exercet, dum se alterius qui loquitor discipulum exhibet, & magna virtus est fructum sanctorum verborum excipere, & simul humilitate coherētari. At libenter etiam est loquendum, quoniam si loqui & in cōspectu aliorum verba facere, magisterium redoleat, tamen ita fieri potest, vt non finat se, nec à charitate, nec ab humilitate separari. Nec enim de rebus bonis semper docendo loquendum est, sed frequenter amicabiliter conferendo, & molestè interrogādo, dum vērō duo sic bona loquuntur, utrumque spiritualis amicitia promonet, fructus devotionis decerpitur, & humilitas custoditur. Qui ita recta loquitur, id est, sanctis colloquiis assuevit, is dirigetur, & in omnem virtutem ducetur, & celeriter in via spirituali proficit. Is seipsum Domino reddet gratissimum, qui sicut verba inutilia & vana cū indignatione audit, ita sanctorum alloquiorum auditione latatur. Ideoque per Salomonem ait: Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: & exultabunt renes mei, cū locuta fuerint recta labia tua.] In animo sapienti cor quod occultius est, & in sanctis verbis renes Domini exulant, quoniam internam iusti sapientiam, & attentam piarum rerum meditationem secretioribus donis recompensat, externa autem adificationis verba, externa etiam laudatione, & audientium plausu remunerat. Sicut enim loquente Domino, quādam mulier eius verba melliflua, auribus corporis, & cordis excipiens, exclamauit, dicens: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, que susisti:] ita conferentibus viris iustis de rebus diuinis, audientes admirantur, & beatos prædicant, quos vident in ipsis verbis, perfectionis studiosos, & aqua sapientiae salutatis repletos. Certe loquente Zorobabele, & veritatem laudante, omnes populi clamauerunt, & dixerunt: Magna est veritas, & præualet: quin & Darius veritatis laudatorem magnis donis auxit: & suum cognitum vocauit, & in solium sublimissimum extulit. Qui de vino, & rege loquuti sunt, contemnuntur, & qui loquutus est de veritate laudatur. Qui apud Dominum qui de rebus temporalibus, de voluntatibus, de opibus, de dignitatibus, verba faciunt, velut terreni & carnales homines despiciunt, qui vero pia colloquia, & verba sancta proferunt, ut viti spirituales ab audientibus honorantur, & à Domino cumulatum præmium sui sancti laboris suscipiant.

At quo pacto hanc sancte loquendi virtutem assequemur? neque eim pronunt est, inter saeculares viuentibus, & cum eis s̄ aepē conuersantibus, & ea quae in mundo geruntur, audiētibus, propria labia circumcidere, & verba semper adificationis effudere. In

Bonatu. in informat. nouit. p. 1. c. 2. 1.

Proph. 16.

PROM. 23.

Luce. 11.

3. Efr. 4.

hac re, sicut & in ceteris à minimis incipiamus & ad mediocria procedamus, ut tamen lingua nostra malo purgata, & bono assueta, ad colmē suæ perfectionis acedat. Minimū huius virtutis est omnia facultaria, quæ ad nos ipsos aliquando pertinuerūt, obliuisci, & ea nulla ratione in colloquii admittere, ac de his omnino non loqui. Nam sunt aliqui religiosi, aed̄ insipientes, & stulti, vt coram aliis genus suū ac parentum nobilitatem explicent, diuitias & dignitates quas reliquerunt, iactent. Imò & mala quæ gesserūt (quod certè pudet dicere) narrare, & propagare nō erubescant. Quibus verbis se adhuc terrenē nobilitatis estimatores, opum & dignitatum amatores, & malorum, quæ perpetrarunt secessores, ostendūt. Horum cæcitatem reprehendit Bernardus ita scribens: Quāquam de his qui religiosè vestiti, & religionē professi sunt, nonnūquā audiūsimus aliquos remissi, & iactare impudētissimē mala sua præterita, quæ verbi gratia aliquando, vel fortiter gladiatorio, vel argute literario gessere conflictū, seu aliud quid secundū mundi quidem vanitatem favorabile, secundū animæ vēto salutem nostrum, perniciosum, damnosum. Secularis adhuc animi indicium est hoc, & humili habitus, qui gestatur à talibus, non sanctæ nouitatis est meritus, sed prisæ vetustatis operculum.] At dicit te ista narrare, non vt de rebus mundi glorieris, sed magis vt de male actis confundaris, & tuam pristinam vitam horum relatione condennes. Sed inanis est talis excusatio, quæ sub colore humilitatis non confessionem, sed vanam laudem, aut gloriam, à vanis hæc audientibus, & ex rebus vanis querit. Talis astutia eundem bernardum non laedit, qui statim eam in hunc modum detegit. Nō nulli talia quasi dolendo, & pœnitendo rememorant, sed gloriam intentione captantes, commissa sua non dilunt, sed scipios illudunt. Nam Deus non irridetur.] Veterem hominem non exuerunt sed non palliant. Non proditur, aut proflicitur vetus fermentum, sed statuitur, secundū illud: In uetera erūt ossa mea, dum clamare tota die.] Quod si isti (vt obiter dicam) damnabiles sunt, quid de illici sentīdū est, qui mala in statu religionis admis̄a, procaciter narrat, & ac si alicuius sanctissimi viri historiam attereret, sic sua virtūtē è seculo aduecta, & sub perfectionis statu conservata prædicare contendunt? Quod idem sanctissimus pater statim taxat, dicitis subiectis: Pudet reminisci quorundam tam proteruiam, vt non pudeat eos cum exultatione logenda iactitare, quod & post suscep̄tum sanctum habitum callide quempiam supplauerint, & circumuenient in negotio fratrem, aut quod talionem pro coniunctio, vel maledicto, id est, malum pro malo, aut maledictū pro maledicto audacter reddiderint. Sed est cōfessio eo periculosius noxia, quo subtilius vanā, cū ipsa etiam inhonestā & turpia de nobis detegere non veremur, non quia humiles sumus, sed vt esse putemur. Hactenus ille. Iste omnes, qui prædicta, & alia similia verbis proferunt, & narrare, ac effutare non timent, homines sunt vanissimi, nō solum omni perfectionis sensu carentes, sed semetipsos à vera virtute similibus narrationibus elongēt. Nam quid quæsio est, generis claritudine, & carnis nobilitate iactare, nisi timentia, quisquilius rebus pretiosissimus anteferte? Si filius pauperis alicuius à rege adoptatus in filium, stultus haberetur, dum antiquam suā vilitatem apud aulicos enarras, & præsentē felicitatem silentio cōtegeret, quid de illo erit exitimandū, qui ad vitā religiosam, id est, filij Dei statū vocatus, vanitatis causa patētes carnales nominat, & eorū nobilitates, quæ huic prælenti cōparata extrema vilitas est.

Bern. ser.
16 in
aut.

Bern. ibid.

Psal. 6.

Psal. 31.

A apud alios religiosos exaltat? An illustrius est, ô religiose, te filium esse equitis, aut patricij, aut ducis, aut principis, quam filium esse Dei? si istam dignitatem habes, quare illam militarem, quæ te superbū & inertem fecit, non obliuisceris? quare illam inter filios Dei nominare non erubescis? Et quid est, diuitias & dignitates iam spretas commemorare, nō præmium relinquenteribus omnia promissum, aut libimet admiserē, aut certa quædam ratione minuere? Si enim bona sacerdoti propter homines reliquisti, à quibus laudis mercedem exquiris, illa perdidisti: cū de huiusmodi scriptum sit: Amen dico vobis, receperūt mercedem suam. Si autem propter Deum deseruisti, & nihilominus propter hoc opus sanè egregium, hominum etiam laudationes captas, præmiū à vero remuneratore decretum minuisti. At quid est, mala, aut in habitu sacerdoti, aut in habitu sancto patrati, prædicare? certè non aliud, quam ob rem ignominia dignissimam scipsum efferre. Nam insanus esset, qui scipsum extolleret, propterea quod per vicos & plateas rumbis fastibus cœfus sit, aut in publico nobilium conuentu colaphum ab hoste suscep̄it. Id autem ipsum, imò & in infinitum, peius est se de peccato laudare, & colaphum à diabolo acceptū (hoc namque ad minus omne peccatum est) tamquam rem magnam, & laude dignam in medium sermonem producere. Ab hoc ergo minimo incipiamus, & in hoc nos solerissimè exercemus, vt genus nostrum, opes, aut dignitatem reliquā, quæ in sæculo gestimus, quæ tractauimus, penitus à nostro ore eliminemus. Ne qui nostros sermones audierit, possit cogitare, nos, aut nobiles, aut diuites, aut animosos, aut aliquid aliud, quod mundus fallax approbet, aliquando fuisse, sed tantum seruos Dei nunc esse, & ante vitam religiosam viles ac despetos exitisse.

Diximus quid sit minimum, nunc quid sit mediū exponamus. Illud quidem est, vt à nostris colloquiis omnia sacerdotalia etiam ad alios pertinentia, omnem curiositatem inutilia sciendi, & omnem appetitum audiendarum nouitatum relegemus. Nam profecto indignum admodum est, & à vita spiritualium virtutum alienum, religiosos curiosè verbis inquirere, quos aulicos rex ad aliquas dignitates promonerit, quos nobilium insignibus affecterit, quos diuitiis auerterit: indignum est tractare, qui ex ciuibus coniugium inierit, qui honoris causa, aut primarum sediū obtenuit cōtenderint, qui in negotiis, aut magnū lucrum fecerint, aut partes antea opes amiserint. Videas alios federe, & de bellis, de magnatum discordiis, de ludis publicis, de sacerdotalium ambitione, & de aliis huiusmodi sine illa circumspectione tractare, & si nō vestes religiosas videoas, sed solos sermones audias, eos non religiosos, sed mores sacerdotiales putabis. Faceant à nostris colloquiis, ô religiosi, tot vanā, tot inutilia, tot à sanctissimo statu nostro discrepantia, &, si mortui sumus mundo, & Deo vivimus, ea quæ mundi sunt, relinquamus, & quæ viros deceant spirituales, tractemus. Et, si vnuquis secundū dignitatem suam cōuiuum instruit, & amicos ad lautores cibos inuitat, nos qui cum filio prodigo minime à paterna domo discessimus, sed ve fideles filij in domo eterni patris habitamus, & pretiosis cibis rerum spiritualium abundamus, ne quaquam ad nos accedētes, ad siliquas, id est, ad nugas, ad fabulas, & ad vanitates audiendas inuiteamus. Hoc nomine sanè contemptibili, Hugo Victorinus sermones rerum sacerdotialium appellat. Adhuc meū habeo, inquit, siliquas, cibum scilicet porcorū, quia adhuc in ore meo resonat sacerdotiales fibule, quæ sūt,

Mach. 6.

Luc. 15.

Hugo 2. de
clauſtro.
arc. 23.

quasi

I*f. 1. 2.*

In simian.
de discip.
et perfec-
tione mo-
nasti con-
sue. 1. 5.

quasi cibus spirituum immundorum. Siliqua (sicut scriptum reperi) genus est leguminis folii maximū & sonorum, sed granorum paucitate sterile, & penē vacuum. Ideoque per siliquas designantur fabulae saeculares, sterili suavitate resonantes. Cūm igitur saecularia narro, stultos congrebo, & sicut porci siliquas, sequuntur in mundi nugas.] Si ignominiosum eslet principi viro siliquas velici, & siliquas, aut aliquid immundum suis amicis in conuiuio parare. Quām indignius erit religioso ore fabulas, & nugas euoluerere, & nihil aliud, nisi res saeculares, & vanas coram aliis in colloquio afferre. Sic ergo procul à nostris cōuentibus illa increpat Ilaiae Iudaica conuenientia reprobarunt, qua ait, iniqui sunt coetus vestris; & sanctorum colloquiorum affuetudine eis nō iniquitatem, sed sanctitatem impertiamus, & spiritualium, ac iustorum conuentuum illis nomen donemus. Tales sint, quos viri spirituales non fugiāt, quibus Angeli adhaerent, quibus Spiritus sanctus assistat. Prisci religiosi non saecularia, sed religiosa tractabant, viri spirituales non carnalia, sed spiritualia in suis colloquiis proferebant, nunc autem qui nomen spiritualium obtinemus, sed à vita spirituali distamus, saecularia & vana proferimus, quod Laurentius Iustinianus hac grauissima oratione deplorat. Si sanctos patres, inquit, virtutum sectatores, zelatorēsque animarum olim egisse legitur. Statutis quippe diebus è propriis egredientes cellulis, utilitatis causa conueniebant in unum, eo itaque tempore nihil reprehensibile audiebatur inter eos, non extollentia, non murmuratio, non irritationis verba sonabant, sed totum, quod dicebatur, anima cibis erat, unde spirituales nutriebantur sensus. Ibi modesta loquutio, vili habitus, humilis conuersatio, lacrymarum effusio, compunctionis, & dilectionis gemitus elucebat. Nec quisquam sine spirituali profectu inde discedebat, quia omnes propter communem & priuatam utilitatem conueniebant. Luxta ipsorum laudabile propositum Dei clementia mirabiliter operabatur in singulis. Sed heu, hodie non sic. Nam rarus inuenitur, qui aedificationis verbum possit pronunciare: rarius autem, qui ex operandi desiderio ad audiendum sit aniquis. Frigescēt namque spiritu, & ab æterna exercitatione cessante, deficiūt, qui conuenire in unum cupiant, & utilia, quæ profertantur, verba. Quod absque seruorum Christi ignorātia non sit. Videmus nempe agricultores, cum in unum coadūtūr, repente, & sine tādio, de iis, quæ agricultura sunt, sermocinari: artifices mechanici de artificiis suis, mercatores de mercimoniis, oratores de suis facultatibus confabulari. Et (proh dolor) soli Dei serui, quæ proprio congruent statui, audire, vel loqui non curant, aut ignorant. Si tamen conueniant simul, ut plurimum tacent, proficia, & utilia, & de alienis proloquuntur negotiis.] Faciamus itaq; quod vir prudens facere conluevit, qui si sit cū apud aliquos incidit tractatio eorū, quæ ipse non nouit. Iā nos pro ratione status nostri, saecularia ignoramus, iam mundana non noscimus, iam prophana à desideriis nostris reiecimus, & à cogitationibus nostris euellimus. Quæ ergo non cupimus, quæ nec cogitamus quidem, æquum est, ut nec verbis pronunciemus. Aut si liber nobis hæc prophana & saecularia loqui, liceat aliis nos vita mundanos, & saeculares iudicare, liceat illis nos saeculi amatores vocare. Hoc enim loquantur quiq; quod diligunt, inquit Prosper, & delectabiliter audiunt, quod assiduis cogitationibus volunt.

Summum tādem, ac perfectum locutionis est, nisi ad aliquid temporale tractandum necessitas cogat,

A vel aliud charitas discreta suadeat, de Deo séper, & de diuinis, ac spiritualibus rebus loqui aut omnino tacere. Verba enim ad manifestanda interiora nostra inuenta sunt, eius autem, qui scipsum Deo cōfēravit, ac templum diuinitatis effecit, omnia interiora debent esse plena Deo, referta diuinorum: Is ergo si ad aliquid aliud ius necessitatis, & aut lex charitatis nō impellat, diuina & spiritualia verbis eruēt, que in animo suo recondidit, & mente concepit. Quod quidem nō est difficile his, qui in veritate ambulāt, & non segniter ad perfectionem aspirant. Nam desiderium Dei, & concupiscentia perfectionis, affatim verba subministrant, qua ardētia intus desideria manifestent. Qui verò adhuc tepidi sunt, debent se ipsos ad hoc genus spiritualium colloquiorum cogere, & à verbis inanibus penitus abstinere, quoniam hæc frigus socordia generant, illa verò etiam in cordibus tepidorum ignem sanctæ deuotionis exfuscent. Non est autē putadum materiam istam ad loquendū esse angustum, aut ieiunā: quinimo tam lata est, ut ad cōserendum de reb. diuinis, nec tota hominis vita sufficiat. Res quippe terrena, aut inane sūt, aut imperfecte, aut modicæ perfectionis participes, & ideo non multis verbis exponuntur. Sed res diuinae sūt perfectionis plenæ, pulchritudine & diuitiis abundantes, quare numquā verbis exhaustur. At, quid loquar, dicens, cū animi laxādī gratia fratres in unum cōuenimus, & quas res spirituales, ac diuinæ ore tractabo? Multa sunt (vt dixi) & valde suauia, quæ hoc argumentum saluberrimum cōtinet, quibus poteris te ipsum, & audientes delectare? Sit tibi semper in ore vita Christi Iesu, & eius dicta, eius gesta, eius miracula, eius passiones, eius amorem, pulchritudinem, & sanctitatem cōmemora. Ne obliuiscaris misericordiæ matrē, sed eius dona, ac priuilegia, ipsius puritatem, ac dignitatem, nec non ei tanta Virginis gloriā, & maiestatem edicito. Sanctorum gesta nō te p̄stereant, sive illorum, quos singulis diebus Ecclesia recenset, sive aliorum, quos apud Dominū aduocatos habes, aut quorū vitas & miracula legis, aut in quorū doctrina, & imitatione versaris. Virtutum pulchritudinē, & trāquillitatē, vitorum etiam fidelitatem, & inquietudinē tua lingua reueluat, ita tamē vt penitus ea vitia nō nomines, quæ aut in te, aut in audiētibus aliquā cogitationem minus purā, aut aliquē motū minus decentem gignere possunt. Desideria, quæ habes sive mortificati defectus tuos, sive acquirendi virtutē aliquam, sive proximos præcipue infideles adiuandi, cum socio prudēti, & fidei cōferre licet, qui ipsa promoveat, & suis adhortationibus magis accēdat. Nouissima hōminū mortem & iudiciū excipiētia omnes, & gehennā malis, ac gloriarū bonis præparatā frequenter expone, quæ tibi, & audiētibus saeculi vanitatem, & sanctæ vitæ valorē aperiāt. Statutū religiosum, ad quem vocatus es, non sine mētis exultatione laudato, eius securitatē, & saecularis vitæ tū molētias, tum pericula prædictato, & te quā gratissimū beneficio diuinæ vocationis ostēdit. Fratru tuoru virtutes, sive alibi sive in tuo cōnobio viuētū nequaquam omittas, sed eas animo supice, verbis venerare, & teipso donis ob tuā negligētiā vacuum esse, erubesce. Mundi miseras, cœcitatē, bonorum eius breuitatē, infidelitatem, & alias, similes aliquādō pronūcia, & te ab his liberatum esse vehemēter exulta. Ea quæ in mensa inter prādendū lecta sūt, ad collationē adducito, & ex aliquo, quod mēti tua dulcīus sapuit, loquēdi occasiō artipito. Fructū disciplina religiosa, & obseruatiæ regularis etiā verbis euolue, qui tibi vitæ laxioris timorē incitat, & amorem regularum, & statutorum imperiat.

Si literatus es, tractatio aliquorum sacrae Scripturae locorum, non te prætereat, ita tamen ut non curiositatem, sed devotionem, sed profectum, sed amoris ardorem exquiras. Tadē ea omnia in tuis colloquiis tractare poteris, quæ te ad virtutem moueant, & audientes, ac ex tuo ore pendentes, adficent.

Iusti. lib.
de disp.
& perf.
monast.
conver.
15.

Psal. 80.

Psal. 118.

Ambr. in
psal. 36.

Deut. 6.

1. Cor. 1.
Ioan. 1.

Psal. 118.

Viros religiosos, & spirituales, has & similes res debere in suis colloquiis frequenter tractare. Beatus Laurētius Iustinian⁹ his penē verbis monet. Studeat ergo Christi serui, cūm in vnum congregātur, & in uicem reperiuntur, semper de rebus necessariis, vel de animæ profectibus habere sermonem. Maximam namque & indeficientem loquendi materiam inuenient, si de miseria præsentis vitæ, de periculis huius peregrinationis, de variis tentationum generibus, de Diaboli fraudibus, & de vitorū deformitate, de virtutum ornamenti, & meritis, de mortis ineuctibili necessitate, de pœnis inferni, de regno Dei, & præmio Paradisi, frequenter verbo de Dei ineffabilis charitate, humano generi per Christū, & in Christo exhibita. De huiusmodi autē tā pro Dei amore, & dilectione, quam pro audiētiam adficatione, & suimet profectu, Dei serui tractare nō desinat, spiritualibus spiritualia propinat. Dens verbo vnicuique proprium verbi pabulum iuxta personarum qualitatem, & temporū. Nemo autem de ignorantia excusat se valer, cūm Dominus per Prophetā dicat: Aperi os tuum, & implebo illud.] Quod patēter in se David completū fuisse testatur, cū dicit, Os meū aperui, & atraxi spiritum.] Non enim tam composita verba, & humanae sc̄ientiae eloquētia ornata, quam ignita, & puto prolatā corde approbat Dominus.] Qui autē hæc attētē perlegerit, manifestè cognoscet, quam miseri sunt homines, qui his sublimibus rebus spretis séper loquuntur de cibo, & potu, de corporalibus commodis, de lucris, de dignitati acquisitione, & de aliis peioribus in quibus suum affectum collocarūt. Hi namque similes sunt illis, qui cūm possent suaves, & pretiosos cibos edere, amaros, & veneno infectos præligunt, quibus sc̄ipios interimāt. Intelliget etiā, quam reprehēsibiles, & damnabiles sunt religiosi, qui quæ iam euomuerūt, & vt vilia contempserunt, semper ore volunt, & ea iterum masticantes, & proloquētes, se nō mundi contēptores, sed amatores ostēdūt. Et quemadmodū mendici re nihil habēt, sed desiderio omnia possidēt, & nihil est eorum corde insatiabilis, ita isti professione à mundo elōgati sunt, verbis autē, & desideriis, & animi distractionibus plus sunt, quam sacerdotes mundo submersi. Nos si ad perfectionem venire cupimus, fugiamus hāc pestem, & statu ac professione facti cœlestes, semper cœlestia & diuina tractem⁹. Et vt huic docimēto verba Ambroſij finem imponant, sit nobis semper in corde, & in ore meditatio sapientia, & lingua nostra loquatur iudicium, lex Dei in corde nostro sit. Ideo nobis dicit scriptura: Loqueris in illis, sedés in domo tua, ambulans in via, dormitans, resurgens. Loquamur ergo dominum Iesum, quia ipse est sapiētia, ipse est verbum, & verbum Dei. Ipsum spirat, qui sermones eius resonat, & verba meditatur. Ipsum séper loquamus, cūm de sapiētia loquimur, ipse est, cūm de virtute loquimur, ipse est, cū de iustitia loquimur, ipse est, cū de pace loquimur, ipse est, cūm de veritate, & vita, & redēptione loquimur, ipse est.] Ista verba loquamus, quorum dulcedine capti dicemus: Quād dolcia fauic⁹ meis eloquia tua super mel orī meo.] Verē mel superat, quæ omne mundi suavitatē exceedit. Mel superant, quæ Christū veram dulcedinē ad nos aducat, quæ amorē virtutis excitat, & nos perfectionis amatores, & virtutum seftatores ostēdunt.

Quod religiosus in cunctis bonum exemplum præbeat.

C A P V T XXIX.

Non sufficit bonum loqui, sed bonum facere necesse est. Imò ideo bona loquimur, aut quia bona facimus, vel vt illi, qui nos audiunt, & nos etiam simul cum illis bona faciamus. Qui enī bona loquitur, sed bonū non facit, similis est arbori sterili, qua frondibus arboris fructuosa se vestit. Nam verba folia sunt, & verba bona, folia arboris bona, quæ fructus bonorū operum ferre solet: his verbo soli arbor fructuosa se dissimilat, dum homo bene loquitur, & fructus bonorum operum ferre non curat. Qui ergo ad perfectionem asequendam bonum loquimur, bonum etiam opemur, & qui sanctis sermonibus nosmet ipsos, & alios audientes erudimus, bonum quoque illis exemplum præbeamus. Id nobis maxime curat, vt fratres nostri nihil in nobis videant aut nihil de nobis audiant, quod ipsos offendat, aut quod videntes, vel audientes non ad virtutis imitationem accendant. Ut illa nobis, & licita, imò & aliquatenus necessaria interdum rescindenda sunt, & cum aliqua incommodeitate in victu, in vestitu, in ministerio, in habitatione viuentum, ne pusillus scandalizetur, & nostra imitationis prætextu, eo, quod nobis quidem necessarium esset, sed illi superfluum est, vestiatur.

Cor. 1. Cor. 6.

Quo spiritu abundabat Paulus cūm dicebat: Omnia mihi licent, sed non omnia expedient. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.] Nam quadam nobis secundūm diuinam vel humanā legem aut secundūm regulam nobis licita, & cōcessa sunt, que tamen nec nobis, nec aliis expediunt. Non quidē nobis, quia eorum admissione, fratribus pusillis suspectos nos facimus, & non bonum exemplum præbeamus, nec etiam illis, quia exemplo nostrō edicti qua nobis licita essent, illis, autē illicita sunt, audent, vt adolescēs verbū gratia, robustus, & firmus, more senis, & infirmi vult viuere, & minores, aut in cipientes sanctam perfectionem, libertatem gestiūt imitari. Ab his nobis licitis, sed nec nobis, nec aliis expedientibus abstinet debemus, ne fratribus scandalo simus, & sub inani suspicionum, & temerariorum iudiciorum potestate redigamur. Alio verbo loco idēt̄ Beatus Apostolus, ad idem clariū & manifestius hottat dicens: Omnia mihi licent, sed nō omnia edificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius.] Quasi non omnia nobis licita, sed omnia dumtaxat alios adfificantia admittenda sint, vt ad Christi imitationem nō nobis p̄p̄lis placeamus, nec quod nobis delectabile est, sed quod aliis est utilis, & proficuum queramus. Videat itaque seruus Dei perfectionis cupidus, præsertim si non solus, sed in fratribus congregatione viuat, ne propriam consolationem, aut utilitatem regulam suorum operū faciat, sed aliorum in omnibus (quo ad fieri poterit) adficationē querat. Alioquin & seipsum turbabit, & internam tranquillitatem ad seftandam vitā spiritualē summe necessariā amitteret, & alios, quibus vt spiritualis vir deberet proficere, malis exēplis offendat. Indiget forsitan cultiori cibo ob corporis nō nullā imbecillitatem, sed nō ita manifeste, vt omnes aduertant, ac ideo scandalo est fratribus illa exquisita lauitatis, relinquat illū cibum dicens cū Paulo. Si esca scandalizat fratrem meum, nō manducabo carnē in ēternū, ne fratre meum scandalizem.] Indiget nōnulla remissione, quo tempore alij laborat, illā in cōmodiorem opportunitatē differat, & cū aliis labore prout potuerit, ne sua illos minus prudēti vacatione

1. Cor. 10.

E

2. Cor. 8.

contristet.